Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26393
Copyright: Admont, Benediktinerstift

in tenebris conticescent / quia non in forti
tudine sua roborabitur uir. Domini formi
dabunt aduersarii eius / et super ipsos in celis
tonabit. Dominus iudicabit fines terre / et dabit
imperium regi suo / et sublimabit cornu xpi sui.
Cantemus domino / Cant. oi oysi.
Gloriose enim magnificatus est / equum
et ascensorem deiecit in mare. Fortitudo mea et laus mea dominus / et factus est michi
in salutem. Iste deus meus et glificabo eum / deus pa
tris mei et exaltabo eum. Dominus quasi uir
pugnator omipe nomen eius / currus pha
raonis et exercitum eius proiecit in mare.
Electi principes eius submersi sunt in mari
rubro / abysi operuerunt eos. descenderunt
in profundum quasi lapis. Dextera tua domine
magnificata est in fortitudine. dextera tua
domine percussit inimicum / et in multitudine
glie tue deposuisti aduersarios meos. Mi
sisti iram tuam que deuorauit eos sicut
stipulam / et in spiritu furoris tui congregate